



②

Arten
II

FACULTATIS JURIDICÆ

EX DECANVS
CONR. WILHELMUS

Strecker, JCTUS,

PRÆFATÆ FACULTATIS ET JUDICIÏ
ELECTORALIS PROVINCIALIS ASSESSOR, PRO-
FESSOR COD. PVBLCVS ORDINARIVS, CI-
VITATIS SYNDICVS ET CONSVL

PRIMARIVS

AD
AVDIENDAM LECTIONEM CURSORIAM

ad L. Maritum. 12. ff. solut. matrim.

III^{IX} 2 ET

DISSERTATIONEM INAUGURALEM
AD DIEM III. FEBRVARII, M DCC XXXVIII.

LECTOREM BENEVOLVM
PERHYMANITER INVITAT

ERFORDIÆ,

Typis JOHANNIS CHRISTOPHORI HEERINGII,

Acad. Typogr

FACULTATIS

IN

DE

NA

YIS

ET ABVSU IN GERMANIA

IN RE

M

DIS

LECT

DOCTOR

IN

CASPAR GUNTHER

IN AVDITORIO

die IV. FEBRUARII MDCXXXVII

ERFORDIAE, LITHOGRAPHIAE, A. 1847 Typogr.



QVAM DARA NON MINVS, AC DEPLORANDA SEMPER
EORUM EXTITERIT CONDITIO, QUI AERE ALIENO PRES-
SI, SOLVENDO ESSE DESIERUNT, NEMO ERIT, QUI IGNO-
RAT. SEVERISSIMIS IN ILLOS DETONUIT LEGIBUS ATHE-
NIENSIVM LEGISLATOR DRACO, QUAS, REPUDIATA SOLONIS IN
PARTEM MITIOREM INCLINANTIS SENTENTIA, MUTUATI & SECUTI
SUNT ROMANI. LEGVM XII. TABULARVM RIGOR DEBITORES AERE
ALIENO GRAVATOS CONIECIT IN VINCVLA, EXPOSUIT ILLOS CVM
BRVTIS VENVM, PLVRIBVS CREDITORIBVS CONCURRENTIBVS,
CORPORVM QVOCVNGVE MODO EXANIMATORVM SECTIOMEM
AC DIVISIONEM PERMISIT, ADEO, VT OMNIS BENIGNITAS, MISER-
CORDIA, COMPASSIO & CLEMENTIA EXSPIRAVERINT. GER-
MANI, FIDEI OBSERVANTISSIMI, CVM OBARATOS CREDITORIBVS
ADJUDICARENT, HAUD MVLTVM MITIORES OBSERVAVRNT MO-
RES INNIXI ARGUMENTIS SAT PLAUSIBILIBVS, SIQVIDEM NIHIL
SANTIVS FIDE, QVAE SANTISSIMVM HUMANI PECTORIS BO-
NUM, FVNDAMENTVM IUSTITIAE, SVPREMVM RERVM HUMA-
NARVM VINCVLVM, HUMANAE SOCIETATIS FVNDAMENTVM,
IMD NEC INEPTAE ANCHORA MVNDI VOCATUR, VELVTI QVAE
INTER TEMPESTATES SVCTVSQVE TERRENORVM ADVERSVS IN-
CONSTANTIAM OMNIA HUMANA OPORTET ESSE SECURA. JAM
VERD FIDEI NIHIL MAGIS CONGRVVM, QVAM CONVENTA FER-
VARE, AC DEBITA STATO & CONVENTO TEMPORE EXSOLVERE,
QVAE RERVM CREDITARVM SOLVTIO FIDEM EXTOLLIT, & REI-
PUBLICAE NERVVM SUFFVLGIT. QVOD? QVOD NATVRAE RATIO
& GENTIUM CONSPIRATIO EIVSQUE SVBLIMAVRIT FIDEM,
VT IN EA OMNE PRAESIDIVM COLLOCETVR, FIDE ENIM SVBLA-

Q

tā perit omne, quod inter homines est, commercium.
Hæc non solum publicā p̄varatq̄e utilitatē, sed etiam
honestate ac pietate videtur, atque eam ob causam Ro-
mani nullam, ne ex innocenti quidem, inopia admis-
runt exceptionem. *Seneca lib. de benefic. cap. 20.*
cum æquissimam putarint esse vocem, jus gentium
p̄ter se ferentem. Solve, quod debes, sive tuum libi-
dine aut alea absumpseris, sive incendio, hostium in-
curtu, latrocinio, aut alio quodam casu tristiore perdi-
deris. Huic Creditorum rigori cum lucro & habendi
ampli cupidine conjuncto numerosus semper reper-
tum fuit patrocinium. Tandem sapientissimi Impe-
ratores singulari humanitate & commiseratione ducti
rigorosis illis exactoribus certo respectu obicem posse-
runt, ipsum jus divinum quasi imitari, nam ostenditur
Dei voluntas & indignatio per *Esaiam Cap. 58. v. 7.* *Et*
expressa, irascitur ibi urgentibus nimio rigore debito-
res, jubetque hos liberari atque exonerari. Ex quo
apparet, quod divinis legibus indulgentia erga debito-
res conveniat, & acerbitas summæ iniuriæ displiceat.
Conclamant jura civilia, ut ea, quæ debentur, cum
humanitate sic possulentur, ne debitores gravitate one-
rum sup̄erintantur. *L. 2. ff. de pignorat. act.* Creditor
non acerbum se exactorem nec contumeliosum præ-
beat, sed moderatum & cum efficacia benignum, &
cum insania humanum. *L. fin. ff. quod met. caus.* Ex
quibus aliisq̄e textibus manifestum evadit, quod non
ex arbitraria quadam humanitate, sed juris necessitate
temperari debeant Creditorum exactiones, ingens enim
pietas est, quæ pro paupertate facit. Quis enim illi-
rum non miserebitur, qui sine facto suo per tempo-
rum

rum calamitates, per bellorum injurias, per incendio-
rum rabiem ob eas alienum omnibus facultatibus de-
nudati sunt. Per jussa divina, connatam naturæ legem,
civiles constitutiones, & rationem æquam egentibus
ab unoquoque debetur auxilium & subsidium, immanes
igitur censendi sunt, qui nimio actionum ac effagita-
tionum rigore afflictis miseriam augent, atque iis, qui-
bus per charitatis leges obstringuntur ad suppetias,
contra charitatis leges ea, quæ iis ad necessaria vitæ
subsidia forte superflua, auferre malunt, quam de ju-
re suo aliquid remittere. Ex his aliisque rationibus
Pauperibus atque inimica fortuna pressis varia indul-
gentia sunt beneficia, ex quibus haud ultimum tenet locum
beneficium, quod vocamus, competentia; quod non
sinit personas artissima necessitudine conjunctas be-
nefactores, conjuges, socios, misericordia præ cæteris
dignos, stipendia sub armata, imò etiam togata mili-
tia merentes ad saccum & perum excuti, sed iis neces-
saria ad victum & amictum sunt relinquenda, quales
fere omnes, qui sint, hi versiculi produnt:

Jura favent Patri, matri, uxoriq; marito,
Prolibus & Socero, fratri, sociisque patrono
Et bona linquenti, donantibus, atque solutis,
Marti, Doctori, clerico, jurisq; ministro.

Præcipue verò hoc competentia beneficium Thorum
conjugalem comitatur, non quidem, uti quidam exi-
stimant, ab omnium bonorum societatem; utpote,
quæ plurimis in locis Germaniæ exulat, sed ob mu-
tuum, reciprocunq; affectum, reverentiam, & ne iis
vivendi copia una cum facultatibus auferatur, quibus
corporis quondam copia non facile fuit denegata.

S. 1. ff. solut. matrim. Conjuges autem veros ac legitimos, qui verum ac legitimum contraxerunt matrimonium, hic tantum intelligi, nulli dubitamus, adeoque ut sponso vel sponsæ hoc beneficium attribuamus, stricta privilegiorum natura vix admittit, cum hoc privilegium maxime causam dotis & alia negotia cum uxore contracta respiciat, sponsalibus autem tantum contractis, nec dos, quæ sine matrimonio esse non potest, nec uxor verè nec propriè existit. *CARPZ. hb. 6. Resp. 6. n. 8.* de qua materia & potissimum etiam, an hoc beneficium tanquam personale hæredibus concedatur, occasione *L. maritum. 12. ff. solut. matrim.* loco lectionis cursoriæ sibi electæ publice ex cathedra fufius discurret

NOBILIS ET CLARISSIMVS
DOMINVS
CHRISTIANVS FRIDERICVS
KRAPPIVS,

qui suos derivat natales ex Oppido circuli Saxonici, cui nomen Schmideberga est. Ubi anno MDCCIV. die IX. April. natus, Patre CHRISTIANO KRAPPIO, Consule, ibidemque negotiatore, Matre autem BARBARA CHRISTINA, ex gente *Schleusneria*; parentes hi pietatis atque honestatis studiosissimi, hunc suum filium ita educari voluerant, ut aliis successu temporis emolumento esse posset, huius voti ut eo certius compotes essent futuri, teneram ipsius ætatem ejusmodi viris permiserant formandam, quorum integritas satis omnibus nota fuit, horum operâ etiam effectum, ut anno ætatis decimo tertio in numerum eorum reci-
pere-

peretur, qui regia munificentia Grimmae enutriuntur,
in hac Provinciali Schola per sexennium pene versatus,
ex Praeceptorum, qui tunc temporis ibidem dege-
bant, celeberrimorum, ore ea hausit, quae ad altiora
studia penetrandi aditum ipsi paraverunt, hac ita-
que ratione positis latinitalis fundamentis eum Vi-
teberga excepit & posteaquam animum Themiſis
Sacris initiari voluit, ipsum exacto quadriennio intra
Candidatorum numerum recipere haud fuit dedigna-
ta. Abinde se Lipsiam tanquam ad bonarum artium
contulit mercaturam, motus imprimis celebritate Vi-
torum, qui tunc temporis facem juventuti ad juris
prudentiam praetulere, postmodum in clientelam per-
illustris atque generosissimi Domini aulici TITICHAY,
Regiae Camerae Consilii receptus, sedem fortuna-
rum suarum Dresdam transferre e re sua dixit, ibi-
demque per aliquot tempus commemoratus est, de-
num Lipsiae redditus, & in praefecturam circuli Lipsi-
ensis receptus, munere Registratoris ac demum Actua-
rii haftenus fuit functus, ut autem & aliis ostenderet,
se non sine fructu tot eruditissimorum virorum colle-
giis interfuisse, sed quoque rationes desuper reddere
posse, honores Academicos ambire secum constituit.
Quod propositum ut ad optatum perduceretur finem,
facultatem nostram adiit, & ab ea decenter petiit, ut
ad examen rigorosum admitteretur, ipsique leges con-
fecto modo elaborandae communicarentur. Annuit
petitis Ordo noster, & cum textus transmissos solide
elaboraverit, & in ipso examine scientiam in iure ac-
quisitam abunde probaverit, ita, ut desiderato gradu
Academico dignissimus fuerit iudicatus, ad ulteriora

spe-
cibus in p...
an...
... nonnullis, jacob

specimina edenda cathedra publica ei fuit aperta, ex
qua crastina die 3. Februarii lectionem cursoriam ad
L. maritum: rz. ff. solus maritum: ea finita, disputationem
inauguralem

DE
**MARITO FVNDVM DOTA-
LEM ALIENANTE,**

habebit. Quos actus Magnificus Universitatis Rector;
reliquique Universitatis Proceres suâ dignari præsen-
tiâ, Dominique Studiosi frequenter eisdem interesse
velint, decenter invitantur, rogantur. Publ. sub Si-
gillo Facult. Jurid. die 2. Febr. MDCCXXXVIII.



00 777

AB: 65717

X 2290245

VD 77





1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black

FACULTATIS JURIDICÆ

EX DECANVS
CONR. WILHELMUS
Strecker, JCTUS

PRÆFATÆ FACULTATIS ET JUDICIJ
ELECTORALIS PROVINCIALIS ASSESSOR, PRO-
FESSOR COD. PUBLICVS ORDINARIVS, CI-
VITATIS SYNDICVS ET CONSVL

PRIMARIVS,

AD
AVDIENDAM LECTIONEM CURSORIAM

ad L. Maritum. 12. ff. soluc. matrim.

III^{IX} ET

DISSERTATIONEM INAUGURALEM
AD DIEM III. FEBRVARII, MDCCXXXVIII.

LECTOREM BENEVOLVM
PERHYMANITER INVITAT.

ERFORDIÆ,
Typis JOHANNIS CHRISTOPHORI HERBINGII,
Acad. Typogr

